

1511

C O D I C E S

1512

grand Spinosiste en est l'auteur. C'est lui, qui a traduit en françois le *Tractatus Theol. Polit. de Spinoza*, et qui l'a donné au public sous deux differents titres. Tituli hi sunt *la Clef du Sanctuaire*, et *Traité des Cérémonies superstitieuses des Juifs &c.* Alium hujus Versio- nis autorem invenias in *Niceroni Memoires pour servir à l'Hist. des Hom. illustr.* T. XIII. p. 46. *le Sieur de S. Glain Angevin Capit. au service des Etats de Hollande*, quo nomine fortasse se texerit *Lucas* ille, qui ceterum etiam *Vitam*, seu Panegyricum potius *Spinosa*e sui emisit ementito *Hamburgi* 1735. nomine, quae tamen prima non potest esse Editio. *Nicerono l. cit.* p. 52. est *fameux en Hollande par ses Quintessences, et plus encore par ses moeurs, et sa maniere de vivre.*

DCLII.

- R. 537 *Codex chartaceus gall. Sec. XVIII. Folior. 271. 4. maximam partem ipsius Autoris manu exaratus inscribitur Journal Chrétien et fol. praevio loquitur: J'apartiens a son Excellence M. le General Marquis (Philippe de Gentil) de Langallerie Comme etant de son ouvrage. Habemus igitur fatentem reum, Hominem, quem animi intemperies et ambitio a. 1706. servitio militari primum Patriae suae, tum Imperatoris *Josephi I.* aliorumque Principum exturbavit, et per diversas Provincias insana et incredibilia machinatum tandem a. 1716. ad custodiam *Viennensem**

reduxit, in qua a. sequeute vivendi finem fecit. Extant sub ejus Nomine: *La Guerre d'Italie, ou Memoires historiques, politiques et galans. Cologne* 1709. 12. iterum editae, et ab a. 1674. productae ad annum mortis à *la Haye* 1743. 12. a quodam *Gautier de Faget*, quae Romanensis potius Fabulae speciem praeferunt. Extat etiam *Manifeste — écrit par lui — même en 1706. Cologne* 1707. 4. et, quod Codici nostro adjunctum est, Scriptum ad *Anglos* datum et certe typis excusum *Amstelod. le 30. Mars* 1715. 4. foll. 4. quo illos ad causam communem invitat per emissarium *D. Hierome de Cisneros et Mendoza, Comme moi Né Papiste, Comme moi Né Cavalier, de condition, Comme moi haut Elevé en Charge dans son état de jadis, et Comme moi converti à la Réforme par la grace de Dieu.* Quae porro illa causa sit, e *Diario* nostro *Christiano* paucis habe: Constitutum se esse a Deo ad propagandam Fidem; ad istud se opus habere 30. Praedicatoribus, et 10000. Armatis, destruendum *Antichristum Orientis et Occidentis*, sed hunc quamprimum, illuminandos *Judaeos*, liberandos, qui *Massiliae* in trirēmibus capti tenentur, Principes ad agnitionem veritatis cogendos &c. Scriptum est istud *Diarium* inter annos 1713 — 15. et quidem *Cassellis* ab 18. Jun. usque ad 5. April. *Amstelaedami* paucis locis intermediis, quo brevi tempore excurrerat. Scriptum est autem a lepido capite *Bibliorum*